UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Antiocho Scolastico. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Ἥρωνι σχολαστικῷ. ϛ.

Ὅταν ὁ θεὸς διαλέγηται ἢ ἐπαγγέλληται, καὶ λογισμοὶ καὶ συλλογισμοί, καὶ πιθανότητες ῥημάτων, ἐκποδὼν οἰχέσθωσαν· ταῦτα γὰρ πάντα οὐδέν, παραβαλλόμενα τῷ τοῦ λέγοντος ἀξιώματι.

Ἀντιόχῳ σχολαστικῷ. ζ.

Γενναίας μὲν οὐκ ἔστιν ἔργον ψυχῆς, τὸ μνησικακεῖν, ἀλλὰ ταλαιπώρου καὶ φαύλης. ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντες περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων τὴν αὐτὴν φέρουσι ψῆφον, ἀλλ᾽ οἱ μὲν τὸ ταχέως θεραπευθῆναι τὸν παροινηθέντα τοῦ συνειδέναι· εἰ δὲ τοῦ μὴ συνειδέναι τοῖς εἰρημένοις τεκμήριον ποιοῦνται, χρὴ τὸν ἔμφρονα τοῖς σοφωτέροις μᾶλλον ἀκολουθεῖν, καὶ τὴν ἐκείνων ψῆφον βεβαίαν ἡγεῖσθαι. ἔστι δ᾽ αὕτη, τὸ τάχιστην δέχεσθαι τὴν ἰατρείαν. τὸ γὰρ ψευδὲς ὄνειδος οὐ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται. ἐπειδὴ δὲ γέγραφας, τί οὖν εἰ μὴ λαμβάνει κόρον ὁ ὑβριστής, ἀλλ᾽ ἐπιτρίβεται τῇ τοῦ παροινηθέντος φιλοσοφίᾳ· φαίην, ὅτι μάλιστα μὲν ἄπιστόν ἐστι τοῦτο, πλὴν τὸν τοιοῦτον ὡς θηρίον ἀτίθασον φευκτέον. τὸ γὰρ γραφὲν παρά τινος, ὅτι καὶ συντυγχάνω καὶ φιλοσοφῶ· μεῖζον γάρ μοι τὸν ἔπαινον παρασκευάζει, μεγάλου μέν ἐστι, χρὴ τἀληθῆ λέγειν, ἀνδρός, εἴγε τοῖς ἔργοις φιλοσοφοίη, οὐ μὴν τὴν τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ὑπερβεβηκότος ἀρετήν, οἱ γὰρ ἅγιοι παρ᾽ ἡμῖν οὐ τοὺς οἰκείους στεφάνους ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων πλέκεσθαι βούλονται συμφορῶν, ἀλλὰ τῶν καθ᾽ ἑαυτοὺς πολλάκις ἀμελοῦσιν, ἵνα τὰ τῶν πλησίον ἐπανορθώσωνται. οὐ γὰρ ἵνα ἑαυτοῖς μεῖζον κατασκευάσωσι τὸ κλέος, ἄλλους εἰς κρημνὸν τρέπουσιν. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὠφελεῖν δυνηθεῖεν, συμβουλεύουσιν. εἰ δὲ μὴ ἀποφεύγουσιν, ἵνα μὴ ἐκεῖνοι εἰς μεῖζον

Heroni Scholaſtico. 6.

Cùm Deus loquitur, aut aliquid promittit, & rationes, & argumenta, & verborum lepores ac probabilitates faceſſant. Nullius enim hæc omnia momenti ſunt, ſed cum eius, qui loquitur, authoritate comparentur.

Antiocho Scolaſtico. 7.

Acceptarum iniuriarum memoriam retinere, haud generoſi animi eſt, verùm improbi ac miſeri. Quoniam autem non omnes de iiſdem rebus eandem ſententiã ferunt, verùm alij, ſi is, qui contumeliam accepit, confeſtim curetur, hinc ipſum, ea, quæ dicta ſint, agnoſcere coniiciunt, alij contrà, ipſum ea minimè agnoſcere hoc argumento colligunt, prudentem virum ſapientiores potiùs ſequi, eorúmque iudicium certum ac firmum exiſtimare conuenit. Illud autem eſt, vt medicinã quàm celerrimè admittat. Nam falſum probrũ non vltra aurem progreditur. Quoniam autem ſcripſiſti, Quid igitur, ſi nulla eum, qui contumeliam infert, ſatietas capit, verùm eius, quem contumelia affecit, patiẽtia peior atque inſolentior redditur? reſpõdeo, primùm incredibile hoc eſſe: deinde huiuſmodi hominem, tanquam indomitã belluam, auerſandum & fugiendum eſſe. Nam quod abs te ſcriptum eſt, tanquam à quodam dictum ſit, Et cum eo verſor, & patientiam adhibeo: maiorem enim mihi laudem conciliat, eſt quidem magni viri (verè enim loqui oportet) ſi modo rebus ipſis atque operibus philoſophetur, at qui tamen pręſtantium virorum virtutem minimè ſuperarit. Apud nos enim ſancti viri coronas ſuas ex alienis calamitatibus texere minimè volunt: verùm plerunque commoda ſua negligunt, vt aliorum errata corrigant. Non enim, vt maiorem ſibi gloriam comparent, alios in præceps agũt: verùm, ſi prodeſſe queant, admonent: ſin ſecus aufugiunt, ne illi in maiorem voraginem prolabantur. Non enim laudis at-

que honoris ſtudio, ſed vt hominum ſaluti conſulant, ea agunt, quæ agunt.

Aphrodiſio Presbytero. 8.

Quandoquidem ei, qui mœrore obrutus & profligatus eſt, moleſtorum narratio ſolatij nonnihil affert, ac præſertim cùm ad ſynceros amicos fit (ſilentio quippe ingraueſcit calamitas. Permulti ſiquidem ob pectore preſſas ac ſilentio traditas miſerias ſuas in graues & periculoſos morbos inciderunt) idcirco eos, qui calamitates ſuas commemorare cupiunt, blãdè ac ſuauiter admittere oportet, ac poſteaquã illi per huiuſmodi ſermonem dolore leuati fuerint, tum demum, eam, quam par eſt medicinam adhibere. Nam ſi confeſtim ipſis ora obſtruamus, tum inhumaniorum hominum exiſtimationem colligemus, tũ remedium imbecille atque inualidũ reddemus, nimirũ ipſa doloris flamma illud repellente. At ſi mitigato dolore pharmacum imponamus, duplex lucrum conſequemur, alterum quòd humani ac miſericordes erimus, alterum quòd morbum depellemus.

Auſonio, Dionyſio Correctori. 9.

Eos, qui de rebus iudicant, acutiſſimo ingenio eſſe oportet, vt & eorum, qui loquuntur facundiam, & eorum, quę dicuntur, probabilitatem ac veriſimilitudinem miſſam facientes, ſenſa ipſa introſpicere, atque hinc expiſcantes, veritatem haurire queant.

Heraclidi Epiſcopo. 10.

Vox hæc λόγιον, vir eruditiſſime, non vnam duntaxat ſignificationem habet. Cùm enim prima ſyllaba acuitur, oraculum ſignificat. Cùm autem ſecunda, id quod ex diuino præſcripto Pontificis pectori impoſitum erat, quaſi λόγου ἱερὸν, id eſt, rationis ſacrum, aut domum, aut delubrum. Quoniam autem, cur Pontificis pectori imponeretur, ex me quæris, hoc

ὀλισθήσοιεν βάραθρον. οὐ γὰρ φιλοτιμούμενοι, ἀλλὰ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων φροντίζοντες, δρῶσιν ἃ δρῶσιν.

Ἀφροδισίῳ πρεσβυτέρῳ. η.

Ἐπειδὴ φέρει τινὰ παραμυθίαν τῷ ὑπὸ λύπης βεβαπτισμένῳ τῶν λυπηρῶν ἡ ἀφήγησις, καὶ μάλιστα ὅταν πρὸς γνησίους γίνηται. ἡ γὰρ σιωπὴ πολλοὶ γοῦν καρτερήσαντες, καὶ σιγῇ ταῦτα παραδεδυκότες, εἰς χαλεπὰ περιέπεσον πάθη, χρὴ τοὺς βουλομένους τὰς ἑαυτῶν διηγεῖσθαι συμφορὰς, ἡμέρως προσίεσθαι, καὶ μετὰ τὸ κουφισθῆναι διὰ τῶν λόγων τὸ πάθος, τότε τὴν ἐνδεχομένην προσφέρειν θεραπείαν. εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς αὐτοὺς ἐπιστομίσομεν, καὶ ἀσυμπαθῶν κτησόμεθα δόξαν, καὶ τὸ βοήθημα ἀσθενὲς ἀποφανοῦμεν, τῆς ἀκμῆς αὐτῷ παρωθουμένης. εἰ δὲ μετὰ τὸ κουφισθῆναι τὸν πόνον ἐπιθείημεν τὸ φάρμακον, δύο κερδανοῦμεν, καὶ τὸ συμπαθεῖς εἶναι, καὶ τὸ μὴ διαμαρτεῖν τῆς θεραπείας.

Αὐσονίῳ, Διονυσίῳ κορρίκτορι. θ.

Χρὴ τοὺς τῶν πραγμάτων κριτὰς, ὀξυτάτους εἶναι περὶ τὸ νοεῖν, ἵνα καὶ τὴν τῶν λεγόντων δεινότητα, καὶ τὴν τῶν λεγομένων πιθανότητα παρέντες, εἰς αὐτὸ τὸ βάθος τῶν νοημάτων χωρῆσαι δυνηθεῖεν, κἀκεῖθεν θηρεύσαντες, ἀνιμήσασθαι τὴν ἀλήθειαν.

Ἡρακλείδῃ ἐπισκόπῳ. ι.

Τὸ λόγιον, ὦ ἐλλογιμώτατε, οὐ τὸ αὐτὸ μηνύει· ἀλλ᾽ ὅταν μὲν ἡ πρώτη ὀξύνηται συλλαβὴ, χρησμὸν δηλοῖ· ὅταν δ᾽ ἡ δευτέρα, τὸ ἐπὶ τοῦ στήθους τοῦ ἀρχιερέως ἐπιτεθῆναι θεσπισθὲν, οἷον λόγου ἱερὸν, ἢ οἶκον, ἢ τέμενος· ἐπειδὴ δὲ, φὴς, καὶ τίνος ἕνεκεν τῷ στήθει τοῦ ἀρχιερέως ἐπετίθετο; φημὶ, ὅτι πρῶ-

τον